

Incipit liber iudith. Ca. p.

Appharat itaq; rex
medoz sbingaue
rat multas gētes
impio suo et ipse edi
ficauit ciuitatē po
tētissimā quā appellauit egbata
nis. **E**x lapidib; quadratis et se
dis fecit muros eius in altitudie
cubito et septuaginta et in latitu
dine cubitorū triginta. turres ve
ro eius posuit in altitudie cubito
rū centū. **P**er quadruū vero earū
latus utruq; viciuū pedū spa
cio tēdebatur: posuitq; portas ei;
in altitudie turriū. **E**t gloriabatur
quasi potēs in potētia exercitū sui
et in gloria quadrigarū suarū. **A**n
no igitur duodecimo regni sui na
buchodonosor rex assiriorū q; reg
nabat in minie ciuitate magna
pugnauit cōtra appharat et obti
nuit eū in cāpo magno qui appel
latur ragau circa eufraten et tigrī
et iadason in campo erioch regis
elicoū. **T**unc exaltatū est regnū
nabuchodonosor et cor ei; eleua
tū est. **E**t misit ad omnes qui habi
tabāt in cīlicia et damasco et liba
no et ad gētes que sūt in carmelo
et cedar et inhabitātes galileam.
i cāpo magno esdrelon: et ad om
nes qui erāt in samaria et trans
flumē iordanē vsq; iherusalem et
omnem terrā yesse quousq; pueni
atur ad mōtes ethiopiae. **A**d hos
omnes misit nūtiōs nabuchodono
sor rex assiriorū: q; omnes vno anno
cōtradixerunt et remiserunt eos
vacuos ac sine honore abiecerūt.
Tūc indignatus nabuchodono

sor rex ad omnes terrā illā: iur
uit p regnū et thronū suū q; defē
deret se de omib; hīs. **Ca. ij.**

Anno terdecimo nabucho
donosor regis: vicesima et se
cūda die mensis pmi: factū ē ver
bum in domo nabuchodonosor
regis assiriorū ut defēderet se. **V**o
cauitq; omnes maiores omesq; du
ces bellatores suos et habuit cum
eis misterīū cōsiliū sui. **D**ixitq; cogi
tationem suā in eo ērit: omes ter
ram suo sbingarū imperio. **Q**uā
dū cum placuisset omib; vocauit
nabuchodonosor rex holoserne
pncipe; milicie sue et dixit ei. **E**gre
dere aduersū omne regnū occidentis
et cōtra eos precipue qui cōtēple
runt imperiū meū. **N**on parz ocul
lus tuus vlli regno: omne q; vitem
munitaz subiugabis mihi. **T**ūc
holoserne vocauit duces et ma
gistratū virtutis assiriorū et dimi
nerauit viros in expeditōe sicut
precepit ei rex. centūviginti milia
peditum pugnatorū et equites sa
gittarios duodecī milia. **O**mneq;
expeditōem suā fecit preare i mē
titudine innumerabiliū camelo
rū. cū hīs que exercitib; suffice
rent copiose: bouū quoq; armenta
gregesq; ouium quorū nō erat
nūcer. **F**rumētū ex omī sīria i tē
sitū suo parū cōstituit. **A**urū vero et
argētū de domo regis assumpsit
multū nimis. **E**t pfectū ē ipse et oīs
exercitū; cū quadrigis et equib; et sagit
tariis q; cōoperuerūt faciē terre sic
locuste. **C**ūq; pcessiss; fines assiri
orū venit ad magnos mōtes age q;
sūt a sinistro cīlicie ascenditq; oīa
castella eorū et obtinuit oēs mūicō;

Effregit aut ciuitatē opiatissimā
 melothi. predauitq omēs filios
 tharhis et filios ismahel qui erāt
 extra fatiē deserti et ad austz terre
 celeon. Et trāsiuit eufratē et venit
 in mesopotamiā et effregit omēs
 ciuitates excellas q erāt ibi a tor
 rente mābre vsq q peruēniat ad
 mare et occupauit terminos ei⁹ a
 cilitia vsq ad fines iaphet q sūt
 ad austz. Adduxitq oēs filios
 madian et pdauit oēs locupleta
 tionez eoz. Oēsq resistentes sibi
 occidit in ore gladij. Et post hec
 descendit in cāpos damasci in die
 bus messis et succēdit omā sata.
 omēs q arbores et vineas fecit iei
 di et cecidit timor illi⁹ sup omnes
 inhabitantes terrā. ¶ **Ca. iij.**

O Vne miserūt legatos suos
 vniūsarū vrbū ac puītia
 rū reges ac pncipes siriē scilicet et
 mesopotamiē et siriē sobal et libie
 atq cilitie qui venientes ad holo
 fernē dixerūt. Desinat indignatio
 tua circa nos. Melius ē em ut vi
 uētes suiam⁹ nabuchodonosor
 regi magnō et subditi sim⁹ tibi q
 morientes cū interitu nostro ipsi
 fuitutis nostre dāna patiamur.
 Omnis ciuitas nra oīs q possessio
 oēs colles et mōtes et campi et ar
 menta boū. gregesq ouīū et capē
 rū equorūq et cameloz et vniūse
 facultates nostre atq familie i cō
 spectu tuo sūt. Sint omā sub lege
 tua. Nos etiā et filij nri serui tui su
 mus. Veni nob pacificus dñs et
 vtere fuitio nro sicut placuerit ti
 bi. Tūc descendit de montib⁹ cū eq
 tib⁹ i v̄tute mag et obtinuit oēm
 ciuitatē et oēm inhabitantē terrā

De vniūsis at vrbib⁹ assumpsit
 sibi auxilios viros fortes et ele
 ctos ad bellū. Tātūsq metus p
 uincijs illi incubuit ut vniūsarū
 vrbū habitatores pncipes et ho
 norati simul euz pplis exirent i ob
 uia remēti. excipientes euz cū co
 romis et lampadib⁹. ducētes cho
 ros in timpamis et tibijs. Nec ista
 tñ fatiētes ferocitatē eius pectoris
 mitigare potuerūt. Nā et ciuitates
 eoz destruxit et lucos eoz excidit
 Precepit ei illi nabuchodonosor
 rex ut omēs deos terre exēminaēt
 videlicet ut ipse solus dicere⁹ deus
 ab hīs natiōib⁹ que potuissent
 holofernis potētia sbingari. Per
 trāsiens at siriā sobal et oēm ap
 pamiā. oēm q mesopotamiā ve
 nit ad ydumeos in terra gabaa.
 accepitq ciuitates eoz et sedit ibi
 p triginta dies i qbz diebz adunat
 pcepit vniūsu exercitū v̄tutis sue.

O Vne audiētes hec ¶ **Ca. iij.**
 filij isrl q habitabāt terraz
 indee timuerūt valde a fatiē eius
 Tremor etiā et horror iuasit sēsus
 eoz. ne hoc faceret ihrlm et tēplo
 dñi qd fecerat ceteris ciuitatibus
 et tēplis eaz. Et misērt in oēm sa
 mariā p circuitū vsq iericho et p
 occupauerūt oēs v̄tices montū.
 Et muris circūderūt vicos suos
 et congregauerūt frumēta in prepa
 rationē pugne. Sacerdos etiā eli
 achim scripsit ad vniūsos q erāt
 extra esdrelon que ē extra fatiē cā
 pi magni iuxta dotaim et vniūsis
 p quos vie trāsitus eē poterat ut
 obtinerent ascensus montū per
 quos via eē poterat ad ihrlm et
 illic custodirent vbi angustū iter

esse poterat inter mōtes. **Et** fecerūt
filij isrl scdm q̄ constitueāt eis sac
dos dñi eliachi. **Et** clamauit oīs
popul⁹ ad dñm instantia magna:
q̄ hūiliauerunt amias suas i ieiū
nijs ipsi q̄ mulieres eorū. **Et** indu
erunt se sacerdotes cilicjs q̄ infā
tes pstraueūt contra faciē tēpli
dñi q̄ altare dñi operueūt cilicio.
Et clamauerūt ad dñm deum isrl
vnamimē: ne darent in predā in
fantes eorū q̄ vxores eorū in diuifi
onē q̄ ciuitates eorū in exēmiū
q̄ sancta eorū in pollucōnem q̄ fie
rent i obprobriū gētib⁹. **Tunc**
eliachi sacerdos domi magn⁹ cir
cūuit ōnem isrl allocutusq; est
eos dicens. **Scitote** qm̄ exaudiet
dñs pces vestras si manētes per
māseritis i ieiunijs q̄ oracōibus
in cōspectu dñi. **Memores** estote
moy si serui dñi q̄ amalech cōfidē
tē in virtute sua q̄ in potētia sua
in exercitu suo q̄ in dipeis suis et
in currib⁹ suis q̄ in equitib⁹ suis n̄
ferro pugnādo s̄ p cibis sanctis
orādo deiecit. **Sic** erūt vniuersi ho
stes isrl si pseueraueritis in hoc
ope qd̄ cepistis. **Ad** hanc igitur
exhortacōem ei⁹ deprecātes dñm
pmanebāt in cōspectu dñi ita ut
eciā hī qui offerebant dño holo
causta: pcedi cilicjs offerret sa
crificia dño q̄ erat cinis sup capi
ta eorū. **Et** ex toto corde suo omēs
orabāt dñm ut visitaret pplm suum
isrl.

¶ Capitulum v.

Nuntiatusq; est holoserui pñ
cipi milicie assiriorū q̄ filij
isrl prepararent se ad resistendū:
ac montū itinera cōdufissent q̄ fu
rore nimio exarsit in iracundia

mag. **Vocauitq;** ōnes principes
moab q̄ duces amon q̄ dixit eis.
Dicite m̄ quis sit popul⁹ iste qui
mōtana obsid⁹: q̄ quea q̄les q̄n
te sint ciuitates eorū q̄ eciā sit v
tus eorū aut q̄ sit multitudo eorū
vel quis rex milicie illorū. **Quare**
pre ōnib⁹ qui habitāt i oriente
isti cōpserunt mea nō exierunt i
obuiā nobis: ut susciperent nos
cū pace. **Tūc** achior dux ōnium
filiorū amon rēdens ait. **Si** dig
neris audire dñe dicā veritate: in
cōspectu tuo de populo isto qui i
mōtanis hitat q̄ nō egrediet ver
bum falsū ex ore meo. **Populus**
iste ex p̄genie chaldeorū ē. **Dic** p
mū in mesopotamia hitauit: qm̄
noluerūt sequi deos p̄m suorū q̄
erant i terra chaldeorū. **Deserētes**
itaq; ceremonias p̄m suorū q̄ in
multitudine deorū erat vnū deū
celi cōhuerūt q̄ q̄ precepit eis ut
erirēt inde q̄ hitarent in carram.
Cūq; operuiss⁹ ōnem terram fa
mes: descendēt in egiptū illicq; p
q̄dringētos ānos sic multiplica
ti sūt ut dīnumerari eorū nō poss⁹
exitus. **Cūq;** guar⁹ eos rex egip
ti atq; i edificacōib⁹ vrbū suarū i
luto q̄ latē s̄bingass⁹ eos: dama
ueit ad dñm suū q̄ percussit totā
terrā egipti plagis varijs. **Cūq;**
eiecisset eos egiptū a sea cessass⁹
plaga ab eis q̄ itē eos vellēt ca
pere q̄ ad suū seruitiū tūcare: fu
giētib⁹ hīs de celi maē apuit ita
ut hinc inde aq̄ q̄si mur⁹ solidare
tur q̄ isti pede sicco fundū maris p
ābulando trāsiret. **In** q̄ loco dux
innūeābil exercit⁹ egiptiorū eos
psequētur ita aquis cōoptus est:

ut nō remaneret vel vn⁹ q̄ factuz
 posteris nūtiat. Egressis etiā ma
 re rubz deserta syna mōtis occur
 rerūt in quib⁹ nūq̄ hō habitare
 potuit vel fili⁹ hōis requirit. Illic
 fontes amari obdulcati sunt eis
 ad bibendū a p annos q̄dragim
 ta ānonā de celo cōsecuti sūt. Vbi
 cūq̄ ingressi sūt sine arcu a sagit
 ta a absq̄ sauto a gladio de⁹ eoz
 pugnit p eis a vicit. Et nō fuit q̄
 insultaret p̄lo isti. n̄ qm̄ recessit a
 cultu dñi dei sui. Quotienscūq̄ at
 pres ipm̄ deū suuz alterz cōhuerūt
 dati sūt in predā a in gladiū a in
 obprobriū. Quotienscūq̄ aut pe
 nituerunt se recessisse a cultuā dei
 sui. dedit eis deus celi virtutez resi
 stendi. Deniq̄ cananeū regē a ie
 buseū a phereseū a eueū a etheuz
 a amoreū a oēs potētes in esebō
 pstrauerūt a terras eoz a ciuita
 tes eoz ipi possederūt a vsq̄ dum
 nō peccaret i cōspectu dei sui erant
 cū illis bō. Deus ei illoz odit imq̄
 tatē. Naz a an hos annos cū reces
 sissent a via quaz dederat illis de⁹
 ut ambularēt i ea. exēminati sūt
 p̄lijs a multis naciōibus et pluri
 mi eoz captiui abduci sunt i ter
 rā nō suaz. Rup aut reuerfi ad do
 minū deū suū ex disp̄sione q̄ disp̄
 si fuerant adunati sūt a ascēderūt
 mōtana hec om̄a a itez possident
 iherlm̄ vbi sunt sctasctōrū. Nūc ḡ
 m̄ dñe pquire si ē aliqua imq̄tas
 eoz i cōspectu dei eoz ascēdamus
 ad illos qm̄ tradens tradet illos
 deus eoz tibi. Et subiugati erūt sub
 iugo potentie tue. Si vero nō est
 offensio p̄p̄i hui⁹ corā dō suo nō
 potēim⁹ resistere illis. qm̄ de⁹ eoz

desedet illos a etim⁹ i obprobriū
 vniūse terre. Et factū ē cū cessasset
 loq̄ achior vba hec. irati sūt oēs
 maḡtes holofernis et cogitabāt
 inficere eū dicentes ad alterutq̄.
 Quis est iste q̄ filios isrl̄ posse di
 cat resistē regi nabuchodonosor
 et exercitib⁹ ei⁹. hōies inermes et
 sine v̄tute et sine peritia artis pu
 gner. Vt ḡ agnoscat achior qm̄
 fallit nos: ascendem⁹ in mōtana
 a cū capti fuerint potētes eoz tūc
 cū eis de⁹ gladio trāfuerberabim⁹
 ut sciāt oēs gentes qm̄ nabuchō
 donosor deus terre est a preter ip
 sum alius non est. ¶ Ca. vi.

H Adū est aut cū cessassent lo
 qui in dignatus holofernes
 vehementer dixit ad achior. Qm̄ p
 phetasti nob̄ dicens q̄ gens isrl̄
 defendat a dō suo ut oñdam tibi
 qm̄ nō ē de⁹ n̄ nabuchodonosor
 cū pausserim⁹ eos oēs sicut hōiez
 vniū. tūc a ipē cū illis assirioz gla
 dio interib et oīs israhel tecū p di
 tione disp̄iet a phabis qm̄ nabu
 chodonosor dñs sit vniūse terre.
 Tūc gladius militie mee trāsi
 et per latera tua a osus cades in
 ter vulneatos isrl̄ a nō respirab
 vltra donec exēmineis cū ill. Por
 ro aut si p̄phetiā tuā veram existi
 mas nō occidat vultus tu⁹ a pal
 lor qui fatiē tuā obtinet abscedat
 a te si vba mea hec putas implei
 nō posse. Vt aut noueris q̄ siml
 cū illis hec exp̄ieis. ecce ex hac ho
 ra illoz p̄p̄o sotiaberis ut duz di
 gnas mei gladij penas exceperit
 ipse simul vltioni sibi accas. Tūc
 holofernes p̄cepit suis suis ut cō
 prehēderent achior a ducerent eū

in bethulia a traderet eum in manus
filiorum israel. Et accipientes eum serui
holofernus perfecti sunt per caestria
sed cum appropinquarent ad montem
na exierunt contra eos fundibula
eius. Illi autem diuercentes a latere
montis ligauerunt achior ad ar
boris manibus et pedibus et sic vindictam
de rebus dimiserunt eum et reuersi sunt
ad dominum suum. Porro filii israel desce
dentes de bethulia venerunt ad eum
Quem soluentes duxerunt ad bethu
liam atque in medium populi illius statu
entes praedicti sunt quod verum esset
quod illi vindictam assirum reliquissent.
In diebus illis erat illic princeps ozi
as filius micha de tribu symeon et
chazmi et gothomiel. In medio
itaque seniorum et in conspectu omnium achi
or dixit omnia quae locutus fuerat ab
holoferne interrogatus et qualiter po
pulus holofernus voluisset propter hoc
verbum interficere eum et quemadmodum
ipse holoferne iratus iusserit eum
israelitis hac de causa tradi ut dux
viceret filios israel. tunc et ipse achi
or diuersis inbeant supplicibus interi
re propter hoc quod dixisset de celi defen
sor eorum est. Cumque achior vniuersa
haec exposuisset omnis populus cecidit
in faciem adorantes dominum et communis
lamentatione et fletu unanimiter pre
ces suas domino effuderunt dicentes.
Domine de celi et terre intueri superbia
eorum et respice ad nostram humilitate
et faciem sancto tuorum attende et
ostende quoniam non derelinquas presu
mentes de te presumentes de se et
de sua virtute gloriantes humilias.
Finito itaque fletu et per totam diem ora
tione populus completa: solati sunt achi
or dicentes. De primis nostrorum cuius

tu virtute predicasti ipse tibi hanc
dabit vicissitudinem ut eorum ma
gis tu interitum videas. Cum vero do
minus deus noster dedit hanc libertatem
seruis suis: sit et tecum deus in medio
nostro: ut si placuerit tibi ita cum tuis
omnibus ouerferis nobiscum. Tunc ozi
as finito consilio suscepit eum in domum
suam et fecit cenam magnam. Et voca
tis omnibus presbiteris simul exple
to ieiunio refecerunt. Postea vero con
uocat est omnis populus et per totam
noctem inter ecclesiam orauerunt: petentes
auxilium a deo israel. **Ca. vii.**

Holoferne autem altera die pre
cepit exercitibus suis ut ascen
deret contra bethuliam. Erant autem pe
dites bellatores centum viginti milia et
equites viginti duo milia: propter pre
parationes virorum illorum quos occu
pauerat captiuitas et abducti fu
erant de principibus et rebus vniuersi
se inuenturis. Omnes pauperunt se
paratim ad pugnam contra filios israel
et venerunt per crepidinem montis vs
que ad apicem qui respicit super dothaim
a loco qui dicitur belmavusque ad chelmon
qui est contra esdrelon. Filii autem israel ut vi
derent multitudinem illorum praeparauerunt
se super terram mittentes cineres super capi
ta sua vnanimes orantes ut deus israel
milia sua ostenderet super populum suum. Et
assumentes arma sua bellica sede
runt per loca quae angustius iteris terminant
dirigunt in motuosa et erant custo
diens ea tota die et nocte. Porro ho
loferne dum circuit per gyrum praeparavit
fossam quam influebat aqueductum illorum a p
arte australi ex ciuitate dirigentem in
cidi praeparavit aqueductum illorum.
Erant tamen non longe fossae a muris ex
quibus furtim videbantur haurire aquam

ad resocillanduz potius q̄ ad potā
dū. **S** filij ammō et moab. accesserūt ad holofernē dicētes. **F**ilij isrl nō in lancea nec in sagitta cōfidūt. s̄ montes defendūt illos et munūt illos colles i precipitiō cōstituti. **V**t ḡ sine cōgressiōe pugne possis supare eos pone custodes fontū ut nō hauriāt ex eis et sine gladio infestēs eos vel certe fatigati tradent ciuitatē suā quaz putant in mōtibz positā superari nō posse. **E**t placuerūt v̄ba hec coraz holoferne et corā satellitibz ei⁹ et cōstituit p̄ gyz cētēnales p̄ singulos fontes. **C**ūqz ista custodia p̄ dies viginti fuisset expleta. defecerūt cisterne et collectōnes aquaz oibus inhabitantibz bethuliam ita ut nō eēt intē ciuitatez vñ satia rent vel vna die. qm̄ ad mensurā dabat p̄lis aqua quotidie. **T**ūc ad oziaz cōgregati oēs viri femie qz inuenēs et puuli oēs siml vna voce dixerunt. **J**udicet deus inter nos et te. qm̄ fecisti in nos malaz nolens loqui pacifice cū assirijs et p̄p̄ hec vendidit nos de⁹ i manibz eoz. **E**t iō nō est q̄ adiuuet cū p̄sternamur añ oculos eoz in siti et in p̄dicōne maḡ. **E**t nūc cōgregate vniūsos q̄ in ciuitate sūt ut sponte tradam⁹ nos oēs p̄p̄o holofernis. **M**elius ē em̄ ut capti in bñdicam⁹ dñm viuētes q̄ mortiamur et sim⁹ obprobriū oī carni cū videam⁹ vxores nr̄as et infātes nr̄os mori añ oculos nostros. **C**ōtestamur hodie celū et terrā et dñm p̄m nr̄oz qui vlciscitur nos scdm̄ peccata nr̄a ut iā tradatis ciuitatē in manu militie holofernis

ut sit finis n̄r breuis i ore gladij q̄ lōge efficiē in ariditate sitis. **E**t cū hec dixissent. factus ē fletus et vultus magn⁹ in ecclā oibus et p̄ multas horas vna voce damauerūt ad dñm dicētes. **P**eccauim⁹ cū patribz nr̄is iniuste egimus iniquitatē fecim⁹. **T**u q̄ pius es misere re nostri et i tuo flagello vīdica iniquitates nr̄as et noli tradere cōfidentes te p̄p̄o qui ignorat te ut nō dicāt infē gentes vbi est de⁹ eoz. **E**t cū fatigati hīs clamoribus et hīs fletibz lassati fihuissent. exurgens ozias iussus lacrimis dixit. **E**quo amō estote fratres et hos qnqz dies expectem⁹ a dñno misericordiā. **F**orsitā em̄ indignacōem suāz abscedet et dabit gloriāz noi suo. **S**i autē tñsactis qnqz diebus non venerit adiutoriū fatiemus hec v̄ba q̄ locuti estis. **C**a. viij.

Et factū est cū audisset hec v̄ba iudith vidua que eāt filia merari filij ydor filij ioseph filij ozie filij elai filij iānor filij geon filij rafoim filij achitob filij melchie filij enam filij nathamie filij salathiel filij symeō filij rutē et vir eius fuit manasses qui mortuus est in diebz messis ordeacee instabat ei sup̄ alligantes manipulos i campo et venit estus sup̄ caput ei⁹ et mortu⁹ est i bethulia ciuitate sua et sepultus ē illic cum patribz suis. **E**rat autē iudith relicta eius vidua iāz annis tribz et mensibz sex. **E**t in sup̄ioribz dom⁹ sue fecit sibi secretū cubiculū in q̄ cū puellis suis clausa morabatur et hīs sup̄ lūtos suos cilitiū. ieiunabat oibus diebz vite sue. p̄ter

sabbata et neomenias et festa do-
mini israel. **E**rat autem eleganti aspectu
nimis cui vir suus reliquerat diui-
cias multas et familiam copiosam
ac possessiones armorum bonum et
gregibus ouium plenas. **E**t erat hec
in omnibus famosissima quoniam time-
bat dominum valde nec erat qui loque-
retur de illa verbum malum. **N**ec ita
quod cum audisset quoniam ozias promissus
quod transacto quinto die traderet
ciuitatem misit ad presbiteros cha-
bri et charmi. **E**t venerunt ad illas
et dixit illis. **Q**uid est hoc verbum in
quo consensit ozias ut tradat ciui-
tatem assiris. si intra quinquaginta dies non
venerit vobis adiutorium. **E**t qui
estis vos qui temptatis dominum. **N**on
est iste sermo qui misericordia pro-
cedit sed potius qui iram excitat et furo-
rem accendat. **P**osueritis vos tempus
misericordie domini et in arbitrium vestrum
diem constitueritis ei. **S**ed quod patiens
dominus est in hoc ipso peniteamus et in
dulgentiam eius lacrimis postule-
mus. **N**on enim quasi homo deus sic com-
minabitur neque sicut filius hominis ad
iracundiam inflamabitur. **E**t ideo
humiliemur illi animas nostras et in
spiritu constituti humiliato seruientes
illi: dicamus flentes domino ut secundum vo-
luntatem suam sic faciat nobiscum cito-
niam suam: ut sicut conturbatum est cor
nostrum in superbia eorum: ita etiam de
nostra humilitate gloriemur quoniam
quia non sumus secuti peccata patrum
nostrorum qui dereliquerunt deum suum et
adorauerunt deos alienos. pro quo
scelere dati sunt in gladium et in ra-
pinam et in confusionem inimicis su-
is. **N**os autem alterum deum nescimus
preter ipsum. **E**xpectemus humiles et sola

corde eius et exeret sanguinem nostrum
de afflictionibus inimicorum nostrorum
et humiliabit omnes gentes quecumque
furgunt contra nos et faciet illas
sine honore domini dei nostri. **E**t nunc
fratres quoniam vos estis presbiteri in
populo dei et ex vobis pendet anima il-
lorum ad eloquium vestrum coram eo-
rum erigite ut memores sint quod temp-
tati sunt patres nostri ut probarentur
si vere colerent deum suum. **M**emores
esse debent quoniam pater noster ab ethi-
opis temptatus est et per multas tribula-
tiones probatus: dei amicus effectus est.
Sic isaac. sic iacob. sic moyses: et
omnes qui placuerunt deo per multas
tribulationes transierunt fideles. **I**lli
autem qui temptationes non susce-
perunt cum timore domini et impatie-
ntiam suam et improperium murmurati-
onis sue contra dominum protulerunt.
exterminati sunt ab exterminatore
et a serpentibus perierunt. **E**t nos ergo
non vilesamur nos per hiis que
patimur: sed reputantes peccata no-
stris hec ipsa supplicia minora es-
se flagella domini quasi serui qui cor-
ripimur ad emendationem et non
ad perditionem nostram euemisse cre-
damus. **E**t dixerunt illi ozias et pres-
biteri. **O**mnia que locuta es verba sunt
et non est in sermonibus tuis vlla
reprehensio. **N**unc ergo ora pro nobis
quoniam mulier sancta es et times
deum. **E**t dixit iudith. **S**icut illis
quod potui loqui dei esse cognoscitis ita
quod facere disposui probate si ex deo est
et orate ut firmum faciat deus consilium
meum. **S**tabitis vos ad portas no-
stre ista et ego exeam cum abra mea et
orate ut sic dixistis in diebus quinquaginta
respiciat dominus populum suum israel

Vos aut nolo scrutemur actum meum
et usque dum renuntiet vobis nil aliud
fiat nisi oratio pro me ad dominum deum
nostrum. Et dixit ad eam ozias prin-
ceps inde. Vade in pace et dominus sit
tecum in ultione inimicorum nostrorum
Et reuertentes abierunt. **Ca. ix.**

Quib? abscedentibus iudith
ingressa est oratorium suum et
induens se cilicio posuit cinerem su-
per caput suum et prosternens se domino
damabat ad dominum dicens. Domi-
ne deus patris mei symeon qui dedisti
illi gladium in defensione alienige-
narum qui violatores extiterunt in co-
inquinacione sua et denudauerunt
femur virginis in confusione et dedi-
sti mulieres illorum in predam et filias
illorum in captivitate et omnem predam
in diuisione suis tuis qui zelau-
erunt zelum tuum: sibi ueni queso te do-
mine deus meus in uide. Tu enim
fecisti priora et illa post illa cogi-
tasti et hoc factum est quod ipse uoluisti
Omnis enim uia tue pate sunt et tua in-
dicia in tua prudentia posuisti. Re-
spice castra assiriorum nunc. sic tunc
castra egiptiorum videre dignatus
es. quando post suos tuos armati cun-
rebant confidentes in quadrigis et
in equitatu suo et in multitudine bel-
latorum. Sed asperisti super castra eorum
et tenebre fatigauerunt eos. Tenuit
pedes eorum abissus et aque operue-
runt eos. Sic fiant et isti domine qui
confidunt in multitudine sua et in cur-
ribus suis et in contis et in sagittis su-
is et in lanceis gloriani et nesciunt
quod tu ipse es deus noster qui coteris bel-
la ab initio et dominus nomen est tibi.
Erige brachium tuum sicut ab initio
et alide virtutes eorum in uirtute tua

Cadat uirtus eorum in iracundia tua quod
permittit se violare sancta tua et
polluere tabernaculum nominis tui
et decere gladio suo cornu altaris
tui. Fac domine ut gladio proprio eius
supbia amputet. Capiat laqueo
oculorum suorum in me et percussies eum
ex labijs caritatis mee. Da mihi autem
constantiam ut contemnam illum et virtu-
tem et eueram illum. Erit ei hoc memo-
riale nominis tui cum manum femine de-
iecerit eum. Non enim in multitudine est
uirtus tua domine. neque in equorum uiri-
bus uoluntas tua. Nec superbi ab
initio placuerunt tibi. sed humilium et
mansuetorum semper tibi placuit depre-
catio. Deus celorum creator aquarum
et dominus totius creature. exaudi me
miserere deprecante et de tua miseri-
cordia presumente. Memeto domine
testamenti tui et da uerbum in ore
meo et in corde meo confirmatum corrobo-
ra ut dominus tua in sanctificatione pro-
maneat et omnes gentes agnoscat
quod tu es deus et non est alius propter te.

Actum est autem cum cessasset
damare ad dominum. fur-
rexit de loco in quo iacuerat prostra-
ta ad dominum. Vocauitque abra suam
et descendens in domum suam abstulit a
se cilicium et exuit se vestimentis ui-
ditatis sue. Et lauit corpus suum
et unxit se mirro optimo et discri-
minauit crinem capitis sui et impo-
suit mitram super caput suum et induit
se vestimentis iocunditatis sue. Et
induit sandalia pedibus suis. assum-
psitque dextraliola et lilia et iangles
et anulos et omnibus ornamentis suis
ornauit se. Cui etiam dominus contulit
splendorem. quoniam omnis ista dispositio
non ex libidine. sed ex uirtute predebat

Et ideo dñs hanc in illaz pulchritudine apliauit ut in compabili decore ònium ocul' apparet. Imposuit itaq; abre sue ascopaz vini & vas olei & polentā & lapaces et panes & caseum & pfecta est. Cūq; venisset ad portas ciuitatis inuenerūt expectantē oziam & p̄sbi teros ciuitatis. Qui euz vidissent eam stupentes mirati sūt nimis pulchritudinem ei⁹. Nihil tñ inter rogātes eā dimiserūt transire dicentes. De⁹ patrē nostrorū det tibi graciā & omne consiliū cordis tui sua virtute corroboret & glori etur sup te iherlm & sit nomē tuuz in numero sanctorū & iustorū. **E**t dixerunt hī qui illic erant omēs vna voce fiat fiat. **J**udith vero orans dñm transiuit p portas ipsa & abra eius. **F**actū est autē cū descenderet montem circa ortuz di ei occurrerūt ei exploratoēs assiriōrum & tenuerūt eam dicentes. **V**nde venis aut quo vadis. **Q**ue rñdit. **F**ilia sum hebreorum. **I**do ego fugi a facie eorum quoniam futurū agnouī qđ dentur vobis in depreddacōem pro eo qđ cōtemnētes vos noluerūt vltro tradere se ipsos ut inuenerent misericordiā in conspectu vestro. **H**ac de causa cogitavi mecū dicens. **V**ada; ad faciem p̄ncipis holofernis ut idicem illi secreta illorū & ostendam illi quo aditu possit obtinere eos ita ut non cadat vit vn⁹ de exercitu eius. **E**t cū audissent viri illi vba ei⁹ cōsiderabāt faciem eius et eāt in oculis eorū stupor qm pulchritudine eius mirabatur nimis. **E**t dixerūt ad eam. **C**ōseruasti ai-

ma tuā eo qđ tale reperisti cōsiliū ut descēderes ad dominū nostrum. **H**oc autē; scias quoniam cū steteris in conspectu eius bene tibi faci et & eris gratissima in corde eius. **D**uxerūtq; illam ad tabernaculum holofernis nunciātes eam. **C**ūq; intrasset ante faciē eius statim captus est in suis oculis holofernes. **D**ixerūtq; ad euz satellites eius. **Q**uis cōtemnat populū hebreorū qđ tam decoās mulieres hñt ut nō pro hīs merito pugnare contra eos debeam⁹. **V**idēs itaq; iudith holofernem sedētem in conopeo qđ erat ex purpura & auro & sinaragdo & lapidib⁹ p̄cōsis intertū & cū in faciem ei⁹ intēdisset ad oñt eum p̄sternens se sup terrā et eleuauerūt eā serui holofernis iubente dño suo. **¶ Ca. xi.**

Animo esto & noli pauere i corde tuo quoniam ego nunq̄ no cui viruz qui voluit seruire nabuchodonosor regi. **P**opulus autē; tuus si non cōtempnisset me nō al leuassē lanceam meam sup euz. **N**unc autē; dic mihi qua ex causa recessisti ab illis & placuit tibi ut venires ad nos. **E**t dixit illi iudith. **S**ume verba ācille tue quoniam si secutus fueris verba ancille tue perfectam rem faciet donosor rex terre & viuit virtus eius que est in te ad cōrepcōem ònium animarū errantiū quoniam non solum homines seruiunt illi p te sed & bestie agri obtemperant illi. **R**unciatur em̄ animi tui indulgētia. ymuerfis genib⁹

et indicatū ē oī seculo qm̄ tu sol⁹
 bon⁹ a potens es in oī regno eius
 et disciplina tua oībus puīcijs
 p̄dicat. Nec hoc latet qd locutus
 ē achior. nec illud ignorat qd ei
 iusseris euenire. Cōstat em̄ deum
 nēm sic peccatis offensū ut mādā
 uerit p̄ pphas suos ad populū q̄
 tradat euz p̄ peccatis suis. Et qm̄
 sciūt se offendisse deū suū filiū isrl̄
 tremor tuus sup ipsos ē. Insuper
 etiā fames inuasit eos a ab aridi
 tate aque iam int̄ mortuos cōpu
 tant. Demiq̄ hoc ordinant ut int̄
 ficiant pecora sua a bibant sāgui
 nē eoz a sancta dñi sui que prece
 pit deus nō cōtingi in frumēto vi
 no a oleo. Hec cōgitauerūt impē
 dere a volūt cōsumere que nec ma
 nib⁹ deberent cōtingere Ergo qm̄
 hec fatiūt certū est q̄ in p̄dicōem
 dabūt. Qd ego ancilla tua cōgno
 scens fugi ab ill̄ et misit me dñs
 hec ip̄a nūtiare tibi. Ego em̄ ancil
 la tua deū colo etiā nunc apud te
 a exiet ācilla tua a orabo deū a dī
 cet m̄ qm̄ eis reddat peccatū suū a
 remiens nuntiabo tibi ita ut ego
 adducā te p̄ mediaz iherl̄m. Et ha
 lebis oēm pplm̄ isrl̄ sicut oues q̄
 bus non ē pastor a non latrabit
 vel vnus cōtra te. qm̄ hec mihi dī
 da sūt p̄ p̄uidentia dei. Et qm̄ ira
 tus est ill̄ deus hec ip̄a missa sum
 nūtiare tibi. Placuerūt aut̄ om̄a
 vba hec coram holoferne a coraz
 pueris ei⁹ a mirabant̄ ad sapiē
 tiā eius a dicebant alē ad alter⁹.
 Nō ē tal̄ mulier sup terrā in aspe
 ctu in pulchritudine a i sensu ver
 borū. Et dixit ad illaz holofernes.
 Bñfecit deus qui misit te ante po

pulū ut des illū tu i manib⁹ nris
 Et qm̄ tō est pmissio tua: si fecerit
 m̄ hoc: deus tu⁹ erit a me⁹ deus et
 tu i domo nabuchodonosor mag
 eris et nomen tuū nominabitur
 in yniuersa terra. ¶ Ca. xij.

O Vne iussit eaz introire vbi
 repositi erant thesauri ei⁹ a
 iussit illic manere eā a cōstituit qd
 daret illi de viuio suo. Cui respo
 dit iudith a dixit. Nūc nō potero
 māducare ex hīs q̄ in precipis tri
 bui ne veniat sup me offensio. Ex
 hīs aut̄ que m̄ detuli māducabo
 Cui holofernes ait Si defecerint ti
 bi ista que tecuz detulisti: quid fa
 tiem⁹ tibi. Et dixit iudith. Viuit
 am̄a tua dñe me⁹. qm̄ nō expēdet
 om̄a hec ancilla tua. donec fatiat
 deus i manu mea hec que cōgita
 ui. Et induxerūt illā sui eius in ta
 bernaculū q̄ precepat a p̄cēit dñ
 introiret ut daret ei copia nocte
 a an̄ lucē egredi foās ad oracōez
 a dep̄cādi dñm. Et p̄cepit cubicu
 larijs suis ut sicut placeret illi exi
 ret a introiret ad orandū deū suū
 p̄ tridū. Et exibat noctib⁹ i val
 lez bethulie a baptisabat se i fon
 te aque. Et ut ascendebat orabat
 dñm deū isrl̄ ut dirigeret viā ei⁹
 ad literacōez ppli sui. Et introiēs
 mūda manebat in tabnaculo vs
 qz dñ accipet escā suā in vesp̄tū
 a factū est quarta die holofernes
 fecit cenaz suis suis a dixit ad va
 gao eunuchū. Vade a suade he
 breā illā ut sponte cōsentiat habi
 tare meū. Sedū est em̄ apud assi
 rios si femina irrideat viz agēdo
 ut immunis ab eo tūseat Tūc in
 troiuit vagao ad iudith a dixit

Non vereat bona puella introire
ad dñm meū ut honorificet ante
faciem ei⁹ a māduet cum eo a bi
bat vinū i iocūditate Cui iudith
rēdit. Que ego sū ut tradicā do
mīo meo. **O**mne qd erit ante ocu
los ei⁹ bonū a optimū faciā. **Q**uic
qd autē illi placuerit hoc m erit
optimū omib⁹ dieb⁹ vite mee. **E**t
surrexit a ornavit se vestimento
suo a ingressa stetit añ facie eius
Cor autē holofernis cōcussu⁹ est:
erat enī ardēs in concupiscentia ei⁹
Et dixit ad eam holofernes. Bibe
nūc a accūbe in iocūditate: qm̄ in
uenisti graciā corā me **E**t dixit iu
dith. Bibā dñe qm̄ magnificata
est aīa mea hodie pre omib⁹ die
b⁹ meis. **E**t accepit a māducauit
a bibit corā ipso ea que paueāt
illi ancilla eius. **E**t iocund⁹ fact⁹
ē holofernes ad eā bibitq⁹ vinūz
multū nimis quātū nunq⁹ bibe
rat in vita sua. **¶ Ca. xij.**

Ut autē sero factū est festia
uerūt serui illi⁹ ad hospitia
sua a cōdusit vagao ostia cubicu
li a abijt. **E**rāt autē oēs fatigati a
vino. **E**ratq⁹ iudith sola in cubi
culo. **P**orro holofernes iacebat i
lecto nimia ebrietate sopit⁹ **D**ixit
q⁹ iudith puelle sue ut staret fo
ris añ cubiculū et obsuaret. **E**t
titq⁹ iudith añ lectū orans cū la
crimis a labiorūz motu in silēcio
dicēs. **C**onfirma me dñe de⁹ isrl a
respice in hac hora ad opa māu
um meaz: ut sicut pm̄isisti iherl in
ciuitatē tuā eigas a hoc qd credēs
p te posse fieri cōgitauī pficiā. **E**t
cū hec dixisset accessit ad colūnaz
q⁹ erat ad caput lectuli ei⁹ a pugi

onē ei⁹ qm̄ in ea ligat⁹ pēdebat exol
uit. **C**ūq⁹ euagmass⁹ illū apphē
dit comā capitis ei⁹ a ait. **C**onfir
ma me dñe de⁹ in hac hora. **E**t per
cussit bis in ceruicē ei⁹ a abscidit
caput ei⁹ a abstulit canopē ei⁹
a colūmis a euoluit corp⁹ ei⁹ tū
cum. **E**t post pusillū exiuit et tēdi
dit caput holofernis acille sue et
iussit ut mitteret illud in perā suaz
Et exierūt due fm̄ cōsuetudinem
suaz quasi ad oīes a trāsierūt ca
stra a gyrātes vallē venerūt ad
portā ciuitatis **E**t dixit iudith alō
ge custodib⁹ mureū. **A**perte por
tas qm̄ nobiscū ē de⁹ qui fecit vir
tutē in isrl. **E**t factum est cū audis
sent viri vocē eius vocauerūt pres
biteros ciuitatis. **E**t occurrerunt
ad eam oēs a minimo vsq⁹ ad
maximū: qm̄ sperauerūt eā iā nō
eē venturā. **E**t accendētes lumina
ria a girauerūt circa eam vniuer
si. **I**lla autē ascendēs in eminencō
tem locū iussit fieri silentiū. **C**ūq⁹
oēs tacuissent dixit iudith **L**au
date dñm dñū nōl t⁹ qm̄ nō deseru
it spantes in se a in me acillaz suā
adimpleuit misericordiā suā quā
pm̄isit domui isrl: a interfecit in
manu mea hostē populi sui i hac
nocte. **E**t pfr̄ iēs de pra caput ho
lofernīs oñdit illi dicens. **E**cce ca
put holofernīs pñcipis militie as
sirioz **E**t ecce canopē illi⁹ q⁹ recū
tebat i ebrietate sua vbi a p manū
scie percussit illū dñs de⁹ nī. **V**iuie
autēz ipse dñs qm̄ custodiuit me
āgel⁹ eius a hinc eūte⁹ a ibi cōmo
rantē a inde huc reuertēte a nō p
misit me dñs acillā suā cōm̄q⁹ al
b⁹ pollucōe pēti reuocauit me vob

gaudentē in victoria filia. i. euasio
ne mea. in literacōne vrā. Cōfite
amur illi oēs qm̄ bonus qm̄ in se
culū misericordiā ei⁹. Vniūsi autē
adorantes dñm dixerūt ad eam.
Bndixit te dñs in v̄tute sua qui p
te ad nihilū redēgit inimicos no
stros. Porro ozias p̄nceps popu
li israel dixit ad eā **B**enedicta es
tu filia a dño dō excelso pre omni
bus mulierib⁹ sup̄ terrā. **B**ndict⁹
dñs qui creauit celū et terrā qui te
dixit i vulnera capitis p̄ncipis
inimicorū nrōrū. q̄ hodie nomen
tuum ita magnificauit ut nō rece
dat laus tua de ore hoīm qui me
mores fuerunt v̄tutis dñi in efnū
p quib⁹ nō p̄p̄cisti am̄e tue p̄p̄
angustias et tribulacōem gene⁹
tui. s̄ subuenisti ruine añ cōspectū
dei nostri. **E**t dixit oīs ppl⁹ fiat fi
at. Porro achior vocatus venit.
Et dixit ei. **D**e⁹ israel cui tu testi
moniū dedisti q̄ vlciscat se de imi
cis suis. ip̄e caput oīm incredu
lorū incidit in hac nocte in manu
mea. **E**t ut p̄les q̄ ita est. **E**cce ca
put holofernis qui in cōceptu sup̄
bie sue deū israel cōtempnit et tibi
iēitū minabat dicens. **C**ū cap⁹
fuerit ppl⁹ israel gladio p̄fōārī p̄
cipiā latera tua. **V**idēs at achior
caput holofernis angustiat⁹ pre
pauore cecidit in facie suā sup̄ ter
rā et estuauit am̄a ei⁹. **P**ostea ve
ro q̄ resūpto spū recreatus est. p
cidit ad pedes eius et adorauit eā
et dixit. **B**enedicta tu a deo tuo in
omni tabernaculo iacob. quoniā
in omni gente q̄ audieit nomen
tuum magnificabitur super te de⁹
israel. **Ca. xiiij.**

Dixit autē indith ad oēm po
pulū **A**udite me fr̄es. **S**uspē
dite caput hoc sup̄ muros nr̄os et
erit cum exierit sol. accipiat vnus
quisq̄ arma sua et exite cū impetu
nō ut descēdatis deorsū sed q̄si im
petū fatientes. **T**ūc exploratoēs
necesse erit ut fugiāt ad p̄ncipes
suū excitandū ad pugna. **C**ūq̄
duces eorū cōcurrerint ad tabna
culū holofernis et inuenerint cum
truncū i suo sāguine volutātū de
cidet sup̄ eos timor. **C**ūq̄ cognoue
ritis fugere eos ite post illos secu
ri. qm̄ dñs cōteret eos sub pedib⁹
v̄ris. **T**ūc achior videns v̄tutem
quā fecit de⁹ israel relicto gentili
tatis ritu credidit dō et circūcidit
carnez prepuciū sui et apposit⁹ est
ad populū israel et oīs successio ge
neris ei⁹ vsq̄ in hodiernū diem.
Mox autē ut ortus est dies suspen
dēt sup̄ muros caput holofernis
Accipitq̄ vnusq̄sq̄ vir am̄a sua
et egressi sūt cū grandi strepitu et
vulatu. **Q**uā vidēs exploratoēs
ad tabnaculū cucurrerūt. **P**orro
hij qui in tabnaculo erāt venien
tes et añ ingressum cubiculi p̄ste
pentes excitandi grā inquietudi
nē arte moliebant ut nō ab exci
tantib⁹ s̄ a sonantib⁹ holofernes
euigilaret. **N**ull⁹ ei audebat cubi
culū v̄tutis assyriorū pulsando ā
intrando apire. **S**ed cū remissent
ei⁹ duces ac tribuni et vniūsi ma
iores exercitus assyriorū dixerūt cu
bicularijs. **I**ntrate et excitate illū
qm̄ egressi mures de cauernis suis
ausi sūt puocare nos ad preliū.
Tunc ingressus vagao cubiculū
ei⁹ stetit añ cōtinā plausū fecit

mamb⁹ suis suspicabat^r em⁹ illuz
cū iudith dormire. **S** cū nullum
motū iacentis sensu aurū capet
accessit primans ad cortinā ele
uans eū: vidit cadaver absq³ ca
pite holofernis in suo sāguine ta
tesactū iacē sup^r terrā exclamauit
vōe mag⁹ cū fletu scidit vestimē
ta sua. **E**t ingressus tabnaculū iu
dith nō inuenit eaz. **E**t exiit for
as ad pplm⁹ dixit. **V**na mulier
hebreā fecit cōfusionē in domo re
gis nabuchodonosor. **E**cce ei ho
lofernes iac⁹ in terra a caput ei⁹
nō est i illo. **Q**uā dū audissent p^ri
cipes v⁹ tūtis assirioz: sciderūt ōnes
vestimēta sua a intolerabil^r fīoz a
tremor cecidit sup^r eos a turbati
fūt animi eoz valde. **E**t fact⁹ ē da
mor icōpabil^r i medio castror⁹ eo

Quāq³ oīs **¶** **C**a. xv. **¶** **C**ū
exercit⁹ decollatū holofernē
audiss⁹: fugit mens a cōsiliū ab
eis a solo tremore a metu agitati
fuge p^ridū sumūt: ita ut nullus
loq^ret^r cū p^rio suo. sⁱ iudimato ca
pite elictis ōmib⁹ euadere festina
bāt hebreos q³s armatos sup^r se
venire audierāt: fugiētes p^r vias
cāpor⁹ a semitas colliū. **V**idētes
itaq³ filij isrl⁹ fugiētes secuti sunt
illos: descēderūtq³ clangētes tubis
a vblātes p^r ipsoz. **E**t qm⁹ assi
rii nō adunati in fugā ibant p^rci
pites: filij autē isrl⁹ vno agmīe p^r
seqūtes debilitabāt oēs q³s inuei
re potuissent. **M**isitq³ ozias nūci
os p^r ōnes ciuitates a regiōes isrl⁹
Ois itaq³ regio ōmīsq³ vrbs elcāz
inuentūte armatā misit p^r eos
a psecuti sūt eos i ore gladij q³s
q³ puenirent ad extremitatē finī

um suorū. **R**eliqui autē q³ erant i
bethulia ingressi sūt castra assiri
orū a predā quā fugientes assiri
reliquerāt abstulerūt a onustati
sūt valde. **H**ij vero q³ victores reū
si sūt ad bethuliā ōmīa q³ erant il
loz abstulerūt secū: ita ut nō eēt
numer⁹ i pecorib⁹ i iumentis a
vniūsis mobilib⁹ eorū ut a mimi
mo vsq³ ad magnū ōnes diuites
fierent de p^rda cōmib⁹ eoz. **J**oachi
autē sūm⁹ pontifex de iherlm⁹ vīt
i bethuliā cū vniuers⁹ p^rbiteris
suis ut videret iudith. **Q**ue cū exi
set ad illū bñdixerūt illam ōnes
vna voce dicentes. **T**u gloria ihe
rusalē. tu leticia isrl⁹. tu honorificē
tia p^rli nostri q³ fecisti virilē a cō
fortatū est cor tuū eo q³ castitatez
amaueris a p^r vītū tuū alterum
nescieris. ideo a man⁹ domini con
fortauit te et ideo eris bñdicta i
eternū. **E**t dixit ōmīs ppl⁹ fiat si
at. **P**er dies autē triginta vir col
lecta sūt spolia assirioz a p^rlo isrl⁹
Porro autē vniuersa que holofe
nis peculiaria fuisse p^rbata sūt: de
derunt iudith i auro a argēto a
vestib⁹ a gemmis a ōmī suppellecti
li a tradita sūt ōmīa illi a p^rlo. **E**t
ōnes populi gaudebāt cū mulieri
b⁹ a virgimb⁹ a iuuenib⁹ i orga
nis a citharis. **¶** **C**a. xvi.

Quāc cantauit canticū hoc
dñō iudith dicēs. **I**ncipite
dñm i tympanis cātate dñō i
cymbalis. **M**odulamini illi psal
mū nouū exultate a inuocate no
mē ei⁹. **D**ñs conterens bella dñs
nomen est illi. **Q**ui posuit castra
sua i medio p^rli sui ut eripet nos
de manu ōniū inimicorū nostror⁹

Venit assur ex montib⁹ ab aqlo
ne in multitudie fortitudinis sue
cui⁹ multitudo obtinuit torretes
a equi eoz co operuerūt valles. **D**i
xit se incensur fines meos a iuue
nes meos occisur gladio. **I**nfan
tes meos dāe in predā a vginēs
in captiuitatē. **D**ñs autē omnipotēs
inquit eū a tradidit eū in man⁹
femine a confudit eū. **N**ō em̄ cecidit
potens eoz o iuuenibus. nec filij
tytan pauerūt euz. **N**ec exceli gi
gantes impouerūt se illi. **S**i iudith
filia meāri i spetie fatiei sue dissol
uit euz. **E**xuit em̄ se vestimenta vi
diuitatis et induit se vestimēta le
tie i exultatōe filioz isrl. **V**ixit
fatie suaz vngento colligauit cin
cinnoz suos mitra ad decipiendū
illū. **S**andalia eius rapuerūt oci
los ei⁹. pulchritudo ei⁹ captiuaz
fecit amiaz ei⁹. amputauit pugio
ne teruicē eius. **D**orruerūt pse cō
stantiā ei⁹ a medi audatiā eius.
Tūc vbulauerūt castra assyrioꝝ
qñ apparuerūt humiles mei: are
scentes in siti. **F**ilij puellaz opun
xerūt eos et sicut pueros fugietes
occiderunt eos: pierunt in p̄lio a
fatie dñi si mei. ymnū cantemus
dño. ymnū nouū cantem⁹ dñi no
stro. **A**denai dñe magn⁹ es tu et
p̄datus in v̄tute a quē supare ne
mo pōt. **T**ibi fuiat oīs creatura
tua. qz dixisti et facta sunt. misisti
sp̄m tuū a creata sūt a nō est qui
resistat voci tue. **M**ōtes a funda
mentis mouebūtur cū aquis. pe
tre sicut cēa liquefēt añ fatie tuā
Qui at timēt te magni erūt apud
te p̄ om̄a. **V**e genti insurgēt sup
gr̄m meū. **D**ñs em̄ oipotens v̄m

dicabit in eis in die iudicij visita
bit illos. **D**abit ei ignē a vermes
in carnes eoz ut vranē a sentiāt
vsq; in sempiternū. **E**t factū est post
hec oīs pplus post victoriā venit
i iherlm adoraē dñm a mor ut pu
rificati sūt obtulerunt omēs holo
causta et vota et repromissiones
suas. **P**orro iudith vniūsa vasa
bellica holofemis que dedit illi po
pulus et canopū qd ipsa sustule
rat posuit i anathema obliuiois.
Erat autē pplus ioiūd⁹ scdm fatie
sanctoꝝ a p̄ tres menses gaudiū
hui⁹ victorie celebrū ē cū iudith.
Post dies autē illos vnusquisq;
rediit in sua et iudith magnificata
est in bethulia a p̄darioꝝ eāt vni
uerse terre israhel. **E**rat etiā v̄tuti
castitatis adiūcta ita ut nō agno
scret vix oib⁹ dieb⁹ vite sue. ex
quo defūctus ē manasses vir ei⁹.
Erat autē dieb⁹ festis p̄cedens cū
magna glia. **M**asit autē in domo
viri sui ānos centūqñq; a dimisit
abrā suaz liberā a defuncta ē ac se
pulta euz viro suo in bethulia. tu
ritq; illaz oīs popul⁹ dieb⁹ septē.
In oī autē spatio vite ei⁹ non fuit
qui pturbāet israhel a post mortē
ei⁹ annis multis. **D**ies autē victo
rie hui⁹ festiuitatis ab hebreis in
numero sanctoꝝ dieꝝ accipit et
colit a iudeis ex illo tempore vsq;
in presentem diem.

Expliat liber Judith scdm
Iheronimum.
Incipit prologus in li
brum Hester.